

imitatur. Quando enim factus est deus caelum dixit fiat caelum & factum est caelum; fiat terra & facta est terra. fiat sol & facta sunt astra caeli & facta sunt uniuersa; Iustitia adduxit substantiam parentelae; Sermo commotionem ostendit naturae. & sanata est inquit filia eius ex illa hora; ex qua hora non ex qua uenit mater eius domi; Sed ex qua sermo motum processit & cum redisset domi inuenit eam sana mentis & uoluntatis in misericordiam eius curatam pro his autem omnibus gratias agamus deo pro christo domino nostro, cum quo est deo patri. unacum spiritu honor & gloria & perpetua immortalitas saecula saeculorum amen.

EXPLICIT HOMILIA DE CHANANIA. INCIPIT HOMILIA IN EUANGELIUM SECUNDUM MATHEUM;

Va mundo ab scandalis peccasse enim ut ueniant scandala; uerum tam uae hominibus pro quibus scandalum uenit; Uideatur quidem specialiter de signare iudam quoniam necesse est ut patiatur dominus illius; nisi enim ille passus fuisset genus humanum saluatum non poterat; quod autem passus dominus scandalum sit & apostolus dicit quia crux domini scandalum est iudaeis & stultis tragentibus; iudaeus igitur quoniam necesse est uenire passionem domini & de scandalum crucis; uerum tamen uae hominibus pro quibus uenit scandalum pro uno necesse fuit & ut ille ut patere tur ihesu; sed uae iudaeis pro quibus uenit uelitas; uae mundo ab scandalis mundum istum terrenum locum dicit. ΤΟΝ ΤΕ ΠΙΕ ΕΩΝ ΤΟ ΤΙΟΝ ΔΕ ΤΕΙ. neque uero de caelo & terra intellegere debemus mundum sed mundum hic intellegamus terrenum; Ideo quod dicit dominus regnum meum non est de mundo isto; si esset de mundo amar & me mundus; & dicitur ad apostolum uos non estis de mundo & in multis locis terrenus mundus in praecipitur; uae igitur mundo hoc est terreno loco ab scandalis; necesse est enim ut ueniant scandala; non quia necesse est sed quia mundo necesse est ut ueniant; Uide & quod dicit in subtile est si necesse est ut ueniant scandala; ergo absque culpa est ille pro quem uenit